

De Petronacio archiepiscopo XLVIII.

Petronacius XLVIII. Cui juravit honorem Caroli
imperatoris. Huius tempore Andreas, qui et Agnellus
abbas sanctae Mariae ad Blacernas, et sancti
Bartolomaei floruit, qui composuit codicem
pontificalem, qui fuit ecclesiae Ravennatis
presbyter cardinalis. Item istius temporis re-
pertum est corpus Beatisissimi Maximiani
archiepiscopi Ravennatis ecclesiae.

De Gregorio archiepiscopo XLVIII.

Gregorius XLVIII. Populares gazas omnes
ecclesiasticas cum fregit, cryptas disruptas et
thesauros praedecessorum suorum extraxit.
Et ut filiam Lotharii de fonte levaret, magnas
opes exinde expendit. Quo tempore factus
est meridie sol tenebrosus nimis per universum
mundum usque ad horam nonam. Obiit die
XXIII. Januarii.

in marg. Agnellus floruit

eccle

extraxit

Januarii in loco raro